

*De libello de liene Franc. Ulmi,*  
*Pictaviensis Galli.*  
 Laurent. l. i.  
 74. 36. f. 172.

## CAP. XXIV

**Q**uod solent illi, qui nova attulisse videri volunt, id fecisse etiam hunc, supra indigitavimus.

Hoc autem voluit: Quemadmodum hepar sanguinem conficit pro dextro cordis ventriculo: ita lien sanguinem facit pro sinistro ad eoque; in liene sanguis arterialis præcoquitur & preparatur cordi & arteriis. Ita enim loquitur.

Quâ in re quid potissimum spectâsse illum verisimile est? Tria ni fallor.

I. Naturam, pro gemino cordis ventriculo, debuisse & voluisse instituere gemina viscera sanguifica, pro dextro hepar, pro sinistro lienem, unde utriq; rectâ via sanguis veniat sursum.

II. Lienem ob id habuisse plurimas venas & arterias sanguini parando perquam idoneas, ne dicam de similitudine illius cum hepate.

III. Sanguinem in liene factum, tenuem esse, qualis arteriosus etiam est.

Sed profectò, intuitus est hæc omnia in superficie tantum.

I. Non